2/3 Januarii 79.

106

Illustris et Amplissime Vir,

Invitus equidem aulâ nuper Haganâ me subducebam, praesertim post congressum tuum, atque illud prandium, tot luculentis argumentis benevolentiae instructum: sed urgebat valetudo, meque importunum prorsus in modum quietis pristinae ac Suiaci nidi admonebat. Supererant quippe nonnulla mihi agenda tecum cum aliis de rebus, tum de Elegia Regi Christianissimo inscripta. quamquam enim complura delevi illic, et in melius mutare sum conatus, Te mihi ad ea praeeunte; de paucis tamen quae non praeter exemplum poetarum veterum videbar dixisse, sententiam tuam explorare liquidius certum erat, si fuisses domi eo, qui pridianus abitum meum antecessit, die. Nam de ipso carmine, id nimirum conscriptum a me et prelo typographico tantum non adornatum fuisse ante belli funestissimi exortum, coram, ni fallor, subindicavi. Nunc quoque cur procrastinarem editionem, ni amici illa ex aula me promissorum iam admonuissent non semel. Obtulit sese interea aliud quid rei, super quo oraculum tuum consulturus adsum. Annus alter agitur, quando iniunctum est mihi ab Ordinibus foederatis Belgicis, ut inscriptionem et versus adderem monumento sepulcrali, quod duci fortissimo Michaeli Ruytero publicis impensis excitari haud ignoras. Vitam igitur herois omnem brevi elogio complexus sum: quod tamen coarctandum

pourquoi aviez vous choisi un tel correspondant,
avoit lésé, ce n'etoit pas à moi, de reparer votre
mais par humanité en pensant des pertes que la
revolution vous a causé, je suis passé sur tout cela.
dont reçu plus qu'il ne falloit, la valeur de
li par Mr Gullman d'Augsbourg au mois

Monsieur, une nouvelle liste de livres, que vous
bien rassembler pour un nouvel Envoi comme
se presentera.
aviez marqué quelques livres dont vous ne pouv-
ver aucune notice. Ce n'est Cassella, mais

trit, ut locum sibi destinatum decenter occupet. Qua in re
decepit me lithotomi asseveratio temeraria, qui cum signi-
ficasset litteris mille et ducentis superesse spatium, nunc
quartam partem huic numero demendam esse contendit. Id
vero quemadmodum haud arduum factu videtur fore, ita
praecipuum negotium exhibetur ab Epigrammate, quod
alterum monumenti latus occupabit; esse enim tribus dis-
tichis truncandum idem lithotomus praescribit. Porro cum
incertus haeream, duone postrema disticha cum octavo,
inde demi oporteat, an alia satius sit expungere, Epigramma ipsum
cau Tibi sisto, quo censura id tua non digneris tantum,
verum etiam ne grave sit indicare, quos potissimum
versus tollendos arbitrere. Poema, quo vitam tuam
posteris traditam relinquere statuebas nuper, iam ad
finem perductum esse auguror et confido. Vale, Vir
magne, et me in tuis, quo nomine plurimum triumpho,
numerare perge.

Nobilissimo Zulichemio
salutem plurimam meis
verbis dici cupio, nimo
lessum est.

Zulichemiano nomini devotissimus,
Nicolaus Heinsius.

Viannae ad Loricam. CIƆIƆCLXXVIX. a.d. XXVIII (XVII) Febr

BRITISH MUSEUM

Ruteri hoc cinerem victori
Adserta aequoreo S
Tantillum exuvias spatij co
Funere dic tanti q
Nil tamen egisti, Mors ins
Dic te perpetuum
In titulos Europa parum est
Africa laurigeri sci
Vix capit Oceanus, vix sol
Tot palmis gravida
Maxima quod siquem vir
Hanc animam aethe
Ipse lapis, cinis ipse viri sp
Inclyta pro patriis
Hosti intentat adhuc marm
Saxa cruentatas st
Naufragiis hunc sensit scop
Aequora turbanti c
Hic hostes, ubicumque iacent,
Cum duci sortiri, p
Si tamen est tumulus, mor
Civibus et dextrae

…ſpinatum diu inter occuper. qua in re
…aſſeveratio temeraria, qui cum ſigni
…e ducentis ſupereſſe ſpatium, nunc
…ic numero demendam eſſe contendit. Id
…haud arduum factu videtur fore, ita
…exhibetur ab Epigrammate, quod
…latus occupabit: eſſe enim imbu diſ
…idem libsobomus praeſcribit. Porro cum
…duorum poſtrema diſticha cum octavo,
…an alia ſatius ſit, Epigramma ipſum
…quo cenſura id tua non digneris tantum,
…gravo ſit indicare, quos potiſſimum
arbitrere. Poema, quo vitam tuam
…relinquere ſtatuebas, nuper, iam ad
eſſe auguror et confido. Vale, Vir
…tuis, quo nomine plurimum triumpho.

Zulichemiano nomini devotiſſimus
Nicolaus Heinſius.

Rüteri hoc cinerem victoris et oſſa ſepulcro
Adſerta aequoreo Marte recondit humus.
Tantillum exuvias ſpatij complectitur omnes,
Funeris et tanti quas tulit urna viri.
Nil tamen egiſti, Mors importuna: triumphum
De te perpetuum Fama ſuperſtes aget.
In titulos Europa parum eſt. ſcit Americus orbis,
Africa laurigeri ſcit decus ora ducis.
Vix capit Oceanus, vix ſol orienſque cadenſque
Tot palmis gravidam tot ſpolijſque manum.
Maxima quod ſi quem virtus ſacravit Olympo,
Hanc animam aetherea fas iubet arce frui.
Ipſe lapis, cinis ipſe viri ſpirare videntur
Inclyta pro patrijs quae tulit arma focis.
Hoſti intentat adhuc marmor clademque fugamque:
Saxa cruentatas ſtrage minantur aquas.
Naufragiis hunc ſenſit ſcopulum, quicunque Batavas
Aequora turbanti claſſe premebat opes.
Hic hoſtes, ubicunque iacent, commune ſepulcrum
Cum duce ſortiri, patria, crede tuos.
Si tamen eſt tumulus, moribundis vita ſaluſque
Civibus et dextrae laus redit unde ſua.

…pourquoi avez vous choisi un tel commissionaire,
…avoit lésé, ce n'étoit pas à moi de reparer votre
…mais par humanité en pensant des pertes que la
…revolution vous a causé, je suis passé sur tout cela.
…donc reçu plus qu'il ne falloit, la valeur de
…li par Mr Gullman d'Augsbourg au mois

…onsieur, une nouvelle liste de Livres, que vous
…bien rassembler pour un nouvel Envoi [illegible] comme
…se presentera.
…ai marqué quelques Livres dont vous ne pour-
…avez aucune notice. Ce n'est Cassella, mais

BRITISH MUSEUM
xvii
xviii Folio

© British Library
Add MS 23102, f. 106-107
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7104

© British Library
Add MS 23102, f. 106-107
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7104